

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contemplacio k
cum fonte primo

Contemplatiua uita merito maior est quam actiuia
quia hec in usu presentis operis laborat,
illa uero sapore intimo uenturam requiem degustat.

Gregorius super Ezechielem.

→ Duae autem sunt sanctorum praedicatorum uitae,
actiuia scilicet, et contemplatiua,
sed actiuia prior est tempore quam contemplatiua,
quia ex bono opere tenditur ad contemplationem.
← Contemplatiua autem maior est merito quam actiuia,
quia haec in usu praesentis operis laborat,
illa uero sapore intimo uenturam iam requiem degustat.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielum prophetam*, 1.3.9 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.37,
ll.148-150).